286/22

NZONIA: MONCLUS, JUAN DE

BARBASTRO

1589

GOBIERNO
DE ARAGON

Privilegium Infantionis Joannis de Morlas

1589

286

286/22

GOBIERNO DE ARAGON

Iu

Privilegium Infantionis Joannis de Mireles

1589

286

286/22

Iu Archivarij pro decreto Sex
Folis Registri XXVIIJ Solidos

Ih. M.ª Jph.

Nos Philippus Dei Gratia Rex Castellæ Aragonum utriusque Siciliæ Hyerusalem &.ª

Nos Joannes de Turrea &.ª Cum tu fidelis dictæ Magestati Joannes Monclus presentis Civitatis Cesaraugustæ habitator in Regia Audientia eiusdem Regni coram magnifico Joanne Crespo tunc nostro ordinario Assesore propter infirmitatem magnifici Joannis Ram nostri Assesoris ordinarij personaliter comparens exposueris te esse infantionem hermuneum et originarium et ex genere militum et infantionum per rectam lineam masculinam descendentem infantionamque et ingenuitatem tuam debite et iuxta forum eiusdem Regni per graduus provare velle: Jdeo ad tuam humilem supplicationem de mandato predicti nostri ordinarij Assesoris vocati et citati fuerant Magnificus et dilectus suæ Magestatis Hyeronimus Perez de Nueros Regij Fisci in predicto Aragonum Regno advocatus et procurator et Jurati seu et nomine totius Concilij et Universitatis dictæ et presentis Civitatis Cesaraugustæ ad infantioniam et ingenuitatem tuam debite et iuxta forum probandam et in causa ipsa procedendum videndum et audiendum quorum legitimis Citationibus per te ipsum in eadem Regia Audientia reproductis et reportatis comparuerunt in dicta Regia Audientia Hyeronimus Bax et Antonius Perez Jodino adicto Regij fisci advocato et procuratore constituto procuratores substituti et Augustinus Bazquez ut procurator Juratorum Concilij et Universitatis predictæ Civitatis Cesaraugustæ qui dictis nominibus respective comparuerunt et se opposuerunt in dicto processu et causa quibus presentibus tibi ad articulandum probandum et publicandum tempus quatuor mensium et tunc inmediate sequentium assignatum fuit atque statim assignationi predictæ satisfaciens obtulisti in scriptis articulorum cedulam quod in efectu continebat: Quod in anno a nativitate Domini millessimo tercentessimo

3

trecentesimo nono atque Martinus de Monclus Avitus quo fuit Civitatis Barbastri coram Dominico Cerdan tunc Justitia Aragonum de mandato Serenissimi Domini Joannis Regis Aragonum probasse provisionem sue Infantionie et ad eam saluandam produxisset duos milites iuxta forum nominatos in privilegio predicte Infantionie que salva inito Regi presentata idem Rex examinari mandavit in sua Regia Chancelleria et cum eidem domino Regi constaret per salvam predictam quam dictus Justitia Aragonum ad eius Regiam curiam remisit suo sigillo sigillatum prefatum Martinum de Monclus suam Infantioniam modo predicto debite et iuxta forum presentis Aragonum Regni probasse eundem Martinum de Monclus Infantionem hermunium per suas patentes litteras in forma Regie Chancellerie expeditas declaravit et predictam Infantioniam authoricabit pro et de predictis latius constat per thenorem dicti privilegij Datum in Villa Montisonij decima sexta die mensis novembris predicti anni ad quod et in eo contenta tu dictus exponens te refers; et Quod premissorum tempore et alias dictus Martinus Monclus fuit et erat Infantio hermunius et de genere militum et Infantionum recta linea masculina descendens qui et talis gavisus fuit gaudereque consuevit omnibus et singulis foris privilegijs libertatibus et immunitatibus ceteris militibus, et Infantionibus presentis Regni Aragonum concessis et indultis et numquam solitus fuit nec consuevit contribuere nec contribuit in aliquibus petitis, sisis, Impositionibus nec Juribus regalibus nec vecinalibus in quibus homines conditionis et signi servitij predicte Civitatis Barbastri et presentis Regni Aragonum contribuere et solvere solent sed solum et dumtaxat in his rebus per milites, et Infantiones presentis Regni contribuere solitis et in tali Iure vere et possessione seu quasi dicte sue Infantionie fuit et extitit per totum suum tempus continue publice et palam et pacifice quiete sine violentia nec

contradictione cuiusque personae scientibus, et videntibus tolerantibus et approbantibus Serenissimo Domino Aragonum Rege tunc Regnante et eius procuratoribus fiscalibus et officialibus nec non Jurati Concilio, et Universitate Vicinis, et habitatoribus dicte Civitatis Barbastri et nonnullis alijs et ceteris quibusvis comuni reputatione, et fama publica tam inter antiquas personas iam defunctas quam inter modernos nunc viventes ita asserente et affirmante in predicta Civitate Barbastri et alibi Quodque dictus Martinus de Monclus ex suo legitimo matrimonio quod contraxit habuit et procreavit in filium suum legitimum, et naturalem inter alios Joannem de Monclus avitum tuum eumque filium suum legitimum, et naturalem, habendo, tenendo alendo, nominando, et reputando et pro patre et filio legitimis et naturalibus fuerunt et erant et nunc pro tunc sunt tenti nominati, et reputati tam apud dictas antiquas personas iam defunctas quam modernas de eis, et de predictis veram notitiam habentibus ubi supra et alibi, et Etiam Quod dictus Martinus de Monclus pro ut domino placuit plures sunt elapsi quam centum anni quod fuit erat et est mortuus et sepultus superstite et supervivente eidem dicto Joanne Monclus eius filio tritavoque tuo comuni reputatione facto antiquo et fama publica ita ipsum asserente ubi supra et alibi et Quod predictus Joannes Monclus tritavus tuus plures sunt elapsi quam centum anni quod se contulit ad dicta Civitate Barbastri ubi oriundus fuit ad locum de Uniasbratas prope locum de Bugil in montanea suprarbij in quo loco contraxit verum et legitimum matrimonium et fecit suam residentiam, et habitationem cum sua uxore filijs et familia ex quo matrimonio habuit susceptit et procreavit in filio suo legitimo et naturales Petrum Monclus, et Jacobum Monclus proavum tuum eo, et eorum quemlibet in filio suo legitimo, et naturalis, habendo, tenendo nominando, alendo, et reputando et pro talibus Patre et filijs legitimis, et naturalibus fuerunt

et erant et nunc pro tunc sunt habiti, tenti, nominati, et reputati
comuniter, et ab omnibus tam antiquis quam modernis personis de
eis, et de predictis veram notitiam habentibus ubi supra et alibi. Et
Quod predictus Iacobus Monclus proabus tuus plures sunt elapsi qu
am Septuaginta anni quod se contulit a dicto loco de Miasbratas
ubi erat naturalis, et oriundus ad locum de Arcusa prope dictum locum
de Buil in montaneis supradictis in quo loco contraxit verum, et legitimum
matrimonium et fecit suam residentiam, et habitationem cum sua
uxore filijs et familia ex quo matrimonio habuit substulit et procrea
uit in filium suum legitimum, et naturalem Antonium Mon
clus Abum tuum cum in filium suum legitimum et naturalem ha
uendo, tenendo, tractando, alendo et nominando et pro patre et filio
legitimis, et naturalibus fuerunt et erant et nunc pro tunc sunt ten
ti nominati, et reputati comuniter et ab omnibus tam antiquis qu
am modernis personis de eis, et de predictis veram notitiam habentibus
ubi supra et alibi. Quodque predictus Antonius Monclus Abus tuus
se contulit a predicto loco de Arcusa ad Villam de Alquezar et ibi quam
plures sunt elapsi Sexaginta anni quod contraxit verum, et legitimum
matrimonium ex quo habuit, substulit et procreauit in filium suum
legitimum, et naturalem Antonium Monclus patrem tuum cum in fi
lium suum legitimum, et naturalem, tenendo, alendo nominando, et
reputando et pro patre et filio legitimis, et naturalibus fuerunt et
erant et nunc pro tunc sunt tenti, nominati, et reputati comuniter et
ab omnibus tam antiquis quam modernis personis de eis, et de predictis
veram notitiam habentibus ubi supra et alibi; Et Quod predictus, An
tonius Monclus pater tuus per muchos años usque de presenti vixit et mo
ram traxit in dicta Villa de Alquezar et in ea contraxit verum, et legiti
mum matrimonium ex quo habuit, substulit et procreauit in filium su
um legitimum et naturalem te Ioannem Monclus Exponentem

prefatum et ut talem te alendo, tenendo, nominando, et reputando et pro
patre et filio legitimis, et naturalibus tu dictus exponens et pater tuus
fuistis, et estis habiti, tenti nominati, et reputati comuniter et ab omnibus
de te et patre tuo veram notitiam habentibus ubi supra et alibi et quod tu
idem met exponentis existens adolescens plures sunt elapsi quam decem
anni te contulistis a dicta Villa de Alquezar ad presentem Ciuitatem
Cesaraugustę in qua contraxistis verum, et legitimum matrimonium
a quatuor annis et ultra usque nunc et de presenti continue prout constat
et constauit per veras, et legitimas probationes ad quas tu dictus ergo
nos te refers Nec non quod predictus Petrus de Monclus primus huius
nominis et frater dicti Iacobi de Monclus proabi tui ex suo legitimo ma
trimonio habuit, substulit, et procreauit in filium suum legitimum
et naturalem Petrum de Monclus vitrinum qui fuit predictę Ciuita
tis Barbastri secundum huius nominis cum in filium suum legitimum
et naturalem, hauendo, tenendo, nominando, et reputando et pro patre
et filio legitimis et naturalibus fuerunt erant, et sunt, habiti, tenti, no
minati, et reputati comuniter et ab omnibus de eis et de predictis veram
notitiam habentibus in loco de Loporzano et alibi: Quodque predictus Pe
trus de Monclus vitrinus dictę Ciuitatis Barbastri ex suo legitimo matri
monio habuit, substulit et procreauit in filium suum legitimum, et
naturalem Petrum de Monclus tertium huius nominis vitrinum Loci
de Loporzano qui ad presens viuit cum in filium suum legitimum, et
naturalem habendo, tenendo, alendo, nominando, et reputando et pro pa
tre et filio legitimis, et naturalibus fuerunt erant, et sunt, nominati
tenti, et reputati comuniter, et ab omnibus de eis, et de predictis veram
notitiam habentibus ubi supra et alibi: Et Quod Predictus Petrus Mon
clus vitrinus dicti loci de Loporzano tamquam varons, et consanguineus
prefati Martini de Monclus salbantis et de eius parentela per rectam
lineam masculinam descendens in anno computato a natiuitate domini

millesimo quingentesimo octuagesimo quarto dicens suam infantioniam
probare sive iuris servandi et in debita fori forma estare fecit advocatum
fiscalem domini nostri Regis et Iuratos Concilium et universitatem predic
ti loci de Loporzano et reportatis instrumentis publicis et Relationibus dicta
rum citationum solitaque per eum sua articulorum cedula factisque
provationibus et publicationibus dictoque processu renuntiato et concluso
et in diffinitiva sententia posito fuit in eodem sub die decimo nono men
sis martij anni nativitate domini millesimi quingentesimi octuage
simi quinti lata et promulgata diffinitiva sententia tenoris sequentis
Iesuchristi Nomine invocato Sacra Catholica et Regia Magestas attentis
contentis &c. de consilio pronuntiat et declarat salvam Infantionis Ge=
tam per Martinum Moncluz habitatorem Civitatis Barbastri prolise deve
re Petro Moncluz exponenti eius tertio nepoti eumque exponentem esse
infantionem et debere gaudere omnibus et singulis privilegijs libertatibus
et inmunitatibus ceteris infantionibus presentis Regni Aragonum concessis
et indultis neutram partium in expensis condemnando ut de predictis la
tius constavit, et constat per thenorem processus in huiusmodi Regia Audien
tia super premissis habiti, et actitati ad quem et in eo contenta tu dictus
exponens te refers; Nec non quod predictus Ioannes de Moncluz filius dic
ti Martini de Moncluz salvantis tritavus tuus, Sancius Moncluz proavus tuus
et Antonius Moncluz avus tuus omnes descendentes a dicto Martino Mon
cluz salvante vicinia olim dicte Civitatis Barbastri dum in humanis age
bant suis respective temporibus fuerunt, et erant infantiones hermunij et
a talibus descendentes per rectam lineam masculinam qui gavisi fuerunt
gaudereque consueverunt omnibus, et singulis fori privilegijs libertatibus
et inmunitatibus ceteris militibus, et infantionibus presentis Regni conce
ssis, et indultis et nunquam soliti fuerunt contribuere nec contribuerunt in
aliquibus pechis, sisis nec alijs Iuribus regalibus nec vicinalibus in quibus
homines conditionis, et signi servitij presentis Regni Aragonum contribuere
solent nisi in his dumtaxat rebus per infantiones, et milites dicti, et presentis

Regni solvere soliti et in tali iure, usu, et possesione predicte sue Infantionis
fuerunt, et extiterunt respective per quinquaginta annos continuos et ultra
usque ad tempus et tempore eorum mortis respective continue, publice et pa
lam pacifice et quiete sine contradictione cuiusquam scientibus, et videnti
bus tollerantibus, et aprobantibus domino Rege Aragonum et eius advocato et
procuratore fiscalibus et alijs suis ministris, et officialibus ac Iustitijs Iuratis
Concilijs et universitatibus predictorum respective locorum et non nullis alijs
et ceteris quibusvis communi reputatione, facto antiquo et fama publica id
ipsum asserente ubi supra, et alibi Et Quod predictus Antonius Moncluz vi
cinus dicte ville de Alquezar pater tuus et tu Ioannes Moncluz exponens
prefatus tamquam descendentes a dicto Martino Moncluz qui salvam sue
Infantionis fecit fuistis eratis, et estis respective infantiones per rectam lineam
masculinam descendentes et ut tales gavisi fuistis et gaudere soliti estis omni
bus, et singulis forijs privilegijs libertatibus, et inmunitatibus ceteris infantioni
bus presentis Aragonum Regni concessis, et indultis et nunquam soliti fuistis
contribuere in aliquibus pechis, sisis, maravedinis, impositionibus, compartimen
tis nec Iuribus regalibus nec vicinalibus in quibus homines conditionis, et sig
ni servitij presentis Aragonum Regni soliti fuerunt, et sunt contribuere, sed
solum et dumtaxat in his rebus in quibus milites, et infantiones dicti, et pre
sentis Regni tenentur et contribuere soliti sunt et in tali iure, usu, et possessio
ne vestre Infantionis respective fuistis, et estis a quinquaginta annis conti
nuis et ultra, et toto tempore vite vestre usque nunc, et de presenti continue
publice, et palam pacifice, et quiete et sine violentia nec contradictione cui
uscumque scientibus, et videntibus, tollerantibus, et aprobantibus Serenissimo
domino nostro Rege eiusque advocato, et procuratore fiscalibus et alijs suis offi
cialibus, et ministris nec non Iustitijs, Iuratis Concilijs et universitatibus pre
dicte ville de Alquezar et presentis Civitatis Cesaraugustae et non nullis alijs
et ceteris quibusvis ubi supra, et alibi: Exposuisti denique quod dicti Petrus
Moncluz vicinus qui fuit predicte Civitatis Barbastri, et Petrus Moncluz il
lius filius vicinus predicti loci de Loporzano qui ut descendens a predicto

Martino Monclus salbante suam per gradus infantioniam prouauit et pre
nominati Antonius Monclus auus et Anttonius Monclus pater tui dicti Ioa
nnis Monclus exponentis per totum eorum vitę tempus vsque nunc, et de pre
senti continuę se tenuerunt et reputarunt inter se et consanguineos germa
nos, et parentes valde propinquos et descendentes ab vna, et eadem stirpe
et vt tales fuerant et sunt tenti nominati, et reputati comuniter, et ab om
nibus de eis, et de predictis veram notitiam hauentibus vbi supra et ali
bi et ita est verum: Nobisque humiliter suplicasti per nostram diffiniti
bam sententiam pronuntiari, decerni, et declarari salbam infantionię
factam per dictum Martinum de Monclus vicinum qui fuit pręd. dictę
Ciuitatis Barbastri profuisse ac prodesse deuere tibi dicto Ioanni de Monclus
exponenti eius quarto nepoti eiusdemque fore fuisse et esse infantionem
et de genere infantionum et infantionem
per rectam lineam masculinam descendentem, et deuere gaudere vti
et frui omnibus, et singulis pribilegijs libertatibus, et inmunitatibus
ceteris infantionibus presentis Regni Aragonum concessis, et indultis. Et
dicta articulorum cedula per te dictum Ioannem de Monclus exponen
tem oblata ad probandum contenta in eadem et ad tui eiusdem deuitam
instantiam fuerunt Iurati recepti, et examinati nonnulli testes per
dictum Magnificum Ioannem Puyo tunc nostrum assesorem ordina
rium propter infirmitatem Ioannis Ram nostri ordinarij assesoris quo
rum quidem testium dicta et atestationes aliqua documenta in mo
dum probationis producta per te intra tempus tibi ad id asignatum ac
presentibus dictis Hieronimo Baz Anttonio Perez Godino et Augustino
Bazquez Regij fisci et Vnibersitatis Ciuitatis Cęsaraugustę procuratoribus publi
cata fuerunt. Tamdem eisdem fiscali et Vniuersitatis tam dictis procuratoribus
dequorum mandatis in actis dicti processus legitime dignoscitur constare tan
tumdem tempus quatuor mensium et tunc proxime et inmediate sequentium
ad prouata, et per te publicata reprobandum et contradicendum asignatum
fuit quo termino elapso per te dictum Ioannem de Monclus exponentem
fuit in eadem causa nobis diffinitibe pronuntiari suplicatum secundum ea

que in prenarrata articulorum cedula extiterunt suplicata. Nos tamdem
visis prius ac mature et diligenter perpensis et reuentis in Regio consilio huiu
Regię Audientię dicti processus, et causę meritis de magnificorum Regentium
consiliariorum ad nos in Ciuilibus consulendum consilio ac mediante pre
fato Magnifico Ioanne Ram nostro assesore ordinario pro tribunali se
dente teque dicto Ioanne Monclus exponente suplicante nostram in dicta
causa tulimus, et promulgauimus diffinitibam sententiam huiusmodi sub thenore
Iesuchristi nomine Inbocato Dominus Regens offitium Generalis Guberna
tionis attentis Contentis &ª. de Consilio Pronuntiat et declarat salbam in
fantionię factam per Martinum de Monclus ad auum seu ascendentem
Ioannis de Monclus exponentis eidem exponenti tamquam descendenti
per rectam lineam masculinam dicti Martini salbantis prodesse deuere
eumdemque exponentem fore et esse infantionem et deuere gaudere
omnibus, et singulis pribilegijs libertatibus, et inmunitatibus ceteris infan
tionibus presentis Regni Aragonum concessis, et indultis neutram partium in
expensis condemnando. Et dicta diffinitiba sententia ita lata et promulga
ta per te dictum exponentem acceptata et aprobata regio suplicante hu
iusmodi litteras siue Regium pribilegium in forma solita, et asueta iuxta
stillum huius Regię audientię tibi concessimus Qua propter Magnificis et
dilectis consiliarijs suę Mayestatis Iustitię et Bayulo Generali Aragonum,
Magistro Rationali aduocato et procuratoribus fiscalibus, Calmetinis, Me
rinis alguazirijs regijs Suprajuntarijs portarijs Vergarijs Ceterisque denique
ominibus, et singulis Iudicibus offitialibus, et subditis Regijs maioribus et mi
noribus quacumque Iuriditione, potestate, et authoritate fungentibus et
fungturis illorumque omnium locatenentibus et presertim Iuratis consilio
et Vnibersitati predictę Ciuitatis Cęsaraugustę alijsque personis cuiuscumque
status, gradus, ordinis seu preheminentię existant presentibus et futuris pre
dicta intimantes, et notificantes dicimus ac districte percepimus siue man
damus deliuerate et consulto regiaque qua fungimur authoritate qua
tenus te dictum Ioannem Monclus prolemque, et posteritatem tuam recta

GOBIERNO DE ARAGON

linea masculina decendentem et descensuram pro infantionibus haueant
teneant atque reputent et ad seruitutem aliquam faciendam seu honera
subeunda cum hominibus conditionis, et si qui seruitii nequaquam astrin
gant seu compellant astringi seu compelli faciant directe, vel indirecte
nisi ad ea dumtaxat iura soluenda per infantiones huius Regni Aragonum
deuita, et solui consueta presentes litteras siue huiusmodi Regium privi
legium omniaque et singula premencionata teneant adimpleant firmi
ter, et seruent teneri adimpleri et obseruari faciant inuiolauiliter
per quoscumque contrarium nullatenus tentatum aut fieri permissum
ratione aliqua siue causa si gratia Regia eis chara est et preter iram et indig
nationis regie incurssum penam florinorum aureorum Aragonum mille ex boni
cuiusque secus agentis et transgresoris absque spe veniae percipiendorum Re
giisque applicandorum erariis euadere cupiunt In Cuius rei testimonium pre
sentes fieri iussimus Regio comuni sigillo Aragonum appenso munitas. Da
tis Cesarauguste die undecimo mensis decembris anno anatiuitate domini
millesimo quingentessimo octuagessimo nono Regnorum autem Regnorum
videlicet Citerioris Sicilie tricesimo sexto Hispaniarum vero et aliorum trice
simo quarto Portugalie autem decimo. Don Juan de Gurrea Gobernador
y Cappitan General de Aragon: Dominus Regens offitium Generalis Guber
nationis mandauit mihi Ioanni Palacio visa per Bam assesorem. Domi
nicus Ximeno pro Generali thesaurario et me protonseruatore Aragonum
Priuilegium infantionis Ioannis Monclus R.

Sig+num mei Josephi Christophori Villarreal scriba mandati et Ar
chiuarii Magestatis Domini nostri Regis in huiusmodi locumtenen
tis Generalis Aragonum Cesarauguste domitiliati qui huiusmodi exem
plum siue priuilegium infantionis Ioannis de Monclus extraxi pro ut ia
cet folio trigessimo primo Registri Don Ioannis de Gurrea tunc Regentis
offitium Generalis Gubernationis Aragonum recondito, et custodito in
Regio Archiuario eiusdem Regni diuersorum Regentis offitium Generalis

gubernationis sexto intitulato anno Domini millessimo Quingentessimo
octuagessimo nono et cum eo bene et fideliter comprouaui. Josephus Christo
phorus Villarreal scriba mandati, et Archiuarius supradictus ideo et
eidem exemplo veluti dicto originali regestro in iuditio, et extra plena et
indubitata adhiueatur fides hic me subscripsi meumque in publicis clau
dendis instrumentis vtor apposui signum cum clausura in dicta Ciuitate
Cesarauguste die decimo sexto mensis Setembris ano anatiuitate domini mi
llessimo sexcentessimo octuagessimo aprobo supraposita vbi legitur; et de
genere militum, et infantionum, difiniribam, vnu, pausiu. et Verba emen
data vbi legitur quam, in contraxit, et litteram α, et a, Magnifici, α, et
in cuius rei testimonium cum hoc meo solito signo signaui R.

GOBIERNO DE ARAGON